



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1494 usque ad annum 1507

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118448**

§. 16. Cardinales Conclave ingressi.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67025](#)

demque die Julianus Cardinalis S. Petri <sup>Secul. XVI.</sup>  
ad vincula, necnon Comensis Romanam <sup>A.C. 1503.</sup>  
urbem adventu suo honorarunt, proin-  
in sacro Purpuratorum Collegio quadra-  
ginta septem recensebantur Cardinales,  
ex quibus triginta octo non impediti sa-  
cris comitiis initium dederunt.

§. XVI.

*Cardinales Conclave ingressi.*

Ergo Palatium Vaticanum ex veteri *Marian lib.*  
more pro ferendis suffragiis seligitur, <sup>28. n. 14. & 18.</sup>  
ac pro Cardinalibus triginta & octo pa-  
rantur cubilia; illud vero, quod in prio-  
ribus comitiis Alexander VI. Papa occu-  
pabat, Senensi Cardinali obtigit, idque  
a plerisque in prosperum omen acce-  
ptum est, quamvis illi, qui de Papatu  
contendebant, singuli potius artibus,  
ac amicorum suorum favoribus, quam  
probitatis, scientiae, ac virtutis suffra-  
gio ad supremam hanc dignitatem voca-  
ri ambirent; has enim prærogativas ve-  
lut vana nomina negligere videbantur.  
Inter ceteros Cardinalis de Ambasia Ro-  
tomagensis Archiepiscopus spe sua pro-  
ximus accedere, apertiusque Papatum  
appetere videbatur, cuius tamen ambi-  
tionem Julianus Ruvereus, alias Car-  
inalis S. Petri ad vincula dictus omni,  
quo potuit, modo eludere conabatur,

G g 5

qui

Secul. XVI. qui quanvis arctis amicitiae vinculis Gal-  
A.C. 1503. liarum Regi adstrictus, semperque huic  
 nationi addictissimus crederetur; nihilo-  
 minus in Pontificatus adeptione nem-  
 nem praeserri sibi patiebatur. Consalvus  
 quoque, magnus ille Bellidux, Regis  
 sui commoda procurare sollicitus, arti-  
 bus suis Conclavis libertatem turbare  
 conabatur, dum adjuncta amicorum suo-  
 rum auctoritate Bernardinum Carvaja-  
 lum Cardinalem potenter fulciebat: In  
 nullum tamen ex hisce tribus Competi-  
 toribus diligentium suffragia conspirabant,  
 ut mox perspiciemus.

## §. XVII.

*Juramentum ante electionem a Car-  
 dinalibus praestitum.*

Marian ib.  
 n. 18.

Igitur cunctis Cardinalibus Conclave  
 ingressis, praeteguntur articuli olim  
 ab Innocentio VIII. decreti, sanctitur  
 que, ut quilibet eos describeret, ac  
 octodecim eorum postera die, quae ad-  
 denda vel demenda censerent, sacro Col-  
 legio referrent, quod & effectui datum:  
 iidem quoque Cardinales communis om-  
 nium suffragio ante electionem decerne-  
 bant, ut is, quicunque Pontifex renun-  
 ciaretur, jurata fide promitteret, se in-  
 tra biennium Generalem Synodus con-  
 vocaturum, eandemque singulis tribus  
 annis